



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Conciliis Generalibvs Approbatis Ac Reprobatis Breve
Compendivm.**

Longo, Francesco

Romae, 1624

§ 15. Iudices saeculares, qui Ecclesiasticas personas trabus ad sua
Tribunalia: quiq. Ecclesiasticam libertatem tollunt, aut in aliquo
perturbant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10467

sensas, e, se nullas.

§. 13.

Judices sacerdotes, qui Ecclesiasticas personas trahunt ad sua Tribunalia: quiq. Ecclesiasticam libertatem tollunt, aut in aliquo perturbant.

Quiuscumque ex eorum praetensione officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcunque, personas Ecclesiasticas, Capitula, Coventus, Collegia Ecclesiarum quorumcunque, coram se ad suum tribunal, Audientiam, Cancelleriam, Consilium, vel Parlamentum, praeter Iuris Canonici dispositionem, trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directe vel indirecte, quovis quæsito colore; Necnon qui statuta, ordinationes, constitutions, pragmaticas, seu quæuis

S 3 alia

alia decreta in genere, vel in
specie, ex quavis causa, & quo
uis quæsito colore, ac etiam
prætextrū cuiusvis consuetudi
nis, aut privilegij, vel alias
quomodlibet fecerint, ordina
uerint, & publicauerint, vel fa
ctis, & ordinatis vi si fuerint, un
de libertas Ecclesiastica tolli
tur, seu in aliquo lēditur, vel
deprimitur, aut alias quouis
modo restringitur, seu Nostris
& dictæ Sedis, ac quarumcum
que Ecclesiarum iuribus quo
modolibet directè, vel indire
ctè, tacitè, vel expressè præiu
dicatur.

Quiuè. *Hoc verbum com
prehendit etiam Ecclesiasticos
contrauenientes.*

Vel indirectè. *Satis largè
possunt intelligi.*

Præter iuris Canonici iu
risdictionem. Secundum quā
Clericus potest ad forum facu
lare

IN COENA DOM. 415

lare trahi. 1. ubi clericus sue-
cedit in causam, iam coeptam
coram iudice saeculari. 2. quan-
do clericus habet feudum a
laico, nam tunc coram ipso
conveniri potest in causis per-
tinentibus ad feudum. 3. quan-
do ob reconventionem trahi-
tur in causa ciuili: in qua ta-
men reconventione, si clericus
condemnatus fuerit, executio
fiat per Ecclesiasticum. . .
4. quando clericus esset degra-
datas. 5. Et tandem, quando
agitur causa publicationis
testamenti a laico facti; in
quo clericus institutus est
bases: illa enim publicatio
proculdubio fieri debet coram
Iudice saeculari. Non incur-
rit autem banc censuram tra-
henti, seu ad cuius instantiam
trahit. Iudex laicus personam
Ecclesiasticam ad suum tri-
bunal.

Necnon, qui statuta. Com.

S 4 pre.

416 BVLLA

prehendunt etiam Notariū,
scribentem eiusmodi statuta.
Suar. præstat enim auxilium.

Incurrunt hanc censuram
personæ particulares i llius
Communicatis, quæ buiusmo-
di statuta fecerit.

Libertas Ecclesiastica . Il-
lud dicitur cōtra libertatē ali-
cuius, per quod ille efficitur
timidior. Et ideo statuta illa,
per quæ efficiuntur Clerici ti-
midiores , non nisi manifeste
aduersari videntur ipsorum
libertati.

§. 16.

Impedientes Prælatos, ne sua
iurisdictione viantur qui-
que illorum. & delegat. iu-
dicia eludentes, ad Curiam
sæcul. recurrunt , aut con-
tra illos decernunt , præ-
stantque auxilium.

Necnō qui Archiepiscopos
Epis-